



**Corpus Juris Canonici, Per Regulas Naturali Ordine
Digestas, Usuque Temperatas, Ex Eodem Jure, Et
Conciliis, Patribus, Atque Aliunde Desumptas, Expositi**

Opus, Tum In Rebus Obscuris Claritate, Tum Dispersis Collectione ac
delectu, in contrariis conciliatione, eximium, simulque Indicibus ac
Præfationibus, Notisque quamplurimis & exquisitis illustratum, ; In Tres
Tomos divisum

Complectens Prolegomena Ad Jus Canonicum In Se Et Universim
Consideratum

Gibert, Jean-Pierre

Coloniæ Allobrogum, 1735

Cap. X. Caput 11. De Parochis non residentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74413)

quens, breviter perstringit officia, quae illam imponunt, & fufius agit de caufis, quae à refidentia difpenfant, de tempore, quae Beneficiati majores fructus absque refidentia lucrantur, eoque, quo non refidentes eos amittunt; de poenis non refidentium, & modo procedendi ad verfus ipfos. Autor haec omnia exponendo, maxime circa mutationes immoratur, quas Concilium in Jure veteri circa hanc rem induxit.

Cum *Ragufinum* Capitulum coram INNOCENTIO III. conqueftum effet, Archiepifcopum ab Ecclefia fua quatuor annos continuos abfuiffe fine licentia, monitumque à Capitulo non rediiffe, jubet Pontifex, ut, fi intra menfem, quo Decretum fuum à Capitulo fuerit acceptum, non redierit Archiepifcopus, ad electionem novi Archiepifcopi Capitulum procedat. Inde FAGNANUS occasionem arripit exponendi *Canones* veteres & novos circa refidentiam, & maxime immoratur circa Statuta Tridentina in hanc rem, docetque, quod juxta hoc Concilium *Cap. 1. Sess. VI.* fi Epifcopus fex Menfibus continuis fine legitima caufa abfuerit, Concilium eum quartam redituum annuorum parte privat, Fabricis aut Pauperibus largienda; & fi abfentia per fex alios Menfes continuos perfeveret, eandem poenam fancit Concilium. Erogatio haec, quoad Suffraganeos, ad Metropolitanum pertinet. Quod fi Epifcopus abfentiam prorogaverit, Metropolitanus id Pontifici intra tres Menfes fignificabit fub poena interdicti ab ingreffu Ecclefiae ipfo facto incurrendi: fi Metropolitanus ipfe deliquerit, ad antiquiorem Suffraganeum cura monendi Pontificis devolvitur, quam fi neglexerit, eidem interdictio fubjicitur. Monitus Pontifex reum coercere poterit pro contumacia gravitate aliumque Praelatum ejus Sedi fufficere. Huic difpofitioni *cap. 1. Sess. XXIII.* adjicit, quod, praeter poenas praedictas & peccatum mortale, abfens fine caufa legitima, fructus amittit, pro rata abfentia, eosque Fabricae, Pauperibus ve erogare teneatur; quod fi omiferit, Superior ejus defectum fupplere poterit: item declarat, fructus demitti non poffe Epifcopo fub compofitionis lege, quam improbare videtur.

Datam ejusmodi horum *Capitulum*, quoad poenas, fummam; objicit fibi FAGNANUS, videri Concilium, quod novas ferre poenas intendebat, non debuiffe innovare *Canones* veteres: & refpondet, innovationem habere locum, quoad culpam, & quoad poenam privationis, quam Concilium non pronuntiat.

Deinde, posteriora Concilio Pontificum Decreta refert, quae videri poffunt, fed à proposito noftro funt aliena.

Tum duas Quaestiones proponit. Prior est, an Epifcopus, qui annum integrum in fua Diocefi tranfigit, nullatenus refidendo in Ecclefia Cathedrali, incurrat poenas? &c. Refpondet negativè; quia Concilium de refidendi obligatione loquens, his verbis utitur, *in Diocefi, aut Ecclefia*. Posterior est, an refidentiae praecepto fatisfaciat? Refpondetque iterum negando; quia fecundum *Canones* veteres, Epifcopus in fua Cathedrali praefertim degere debet, quoniam ea ipfi magis cohaeret, ac est eorum prima, in qua fuum Confilium habet, quo uti debet, in confulendo aliorum neceffitibus, & juxta Concilium Tridentinum, Adventum, Quadragesimam, & Fefta foemnia tranfigere debet Epifcopus in Ecclefia Cathedrali, nifi eum aliarum neceffitates alio vocaverint.

Discurfum hunc claudit quatuor defiffionibus Congregationis circa refidentiam Epifcoporum. 1. est, Epifcopum tres abfentiae Menfes fibi quotannis concessos, cumulare non poffe cum tribus Menfibus anni fequentis, ita, ut fex continuis Menfibus abfit, tribus fcilicet posterioribus alicujus anni & tribus prioribus fequentis; quoniam id Concilii Decretis contrarium est, quae feftrem abfentiam continuam prohibent, jubentque, ut in Cathedrali fua refideat Adventus ac Quadragesimae tempore, & in Feftis foemni-

bus, quorum plura in fex Menfibus continuis repiuntur.

2. Est, eum non poffe cumulare quatuor Menfes, qui ipfi in unoquoque triennio conceduntur ad invifenda Apoftolorum limina, cum quatuor Menfibus triennii fequentis, ita, ut poft primam peregrinationem, fecundam continenter adjiciat.

3. Est, aequum aut congruum non effe decidere generatim, an Epifcopus profpiciens negotium, cujus caufam abfentiam meditat, tres ultra Menfes duraturam, ante profefionem fuam licentiam poftulare debeat, an folum fub finem trium Menfium eandem veniam petere? Decifio autem ferenda est, juxta circumftantias occurrentium cafuum.

4. Est, Epifcopum, qui pluribus annis refedit, abftinendo à tribus Menfibus ad abfentiam fibi concessis, non poffe licentiam abfentiae absque caufa legitima poftulare. 1. & 2. applicari debent omnibus Beneficiatis, quibus certum abfentiae annuae tempus à Jure conceditur.

Quari potest, quomodo fieri poffit, ut, fi Epifcopus tres ultra Menfes abfuerit, omnes fructus poft hoc trimefre obvenientes amittat, & fi abfentiam ultra fex Menfes protelaverit, quartam redituum parte spolietur, & fi in eadem culpa perfeveret, alia quartam privetur? fic enim fi ultra annum abfuerit, redituum dodrantem amittit, & confequenter quadrantem, plus quam fert poena abfentiae annuae.

Circa hanc foeciofam contrarietatem dici potest, priorem poenam eos refpicere tantum, qui citra fex Menfes & ultra tres Menfes abfunt: alteram eos, qui fupra fex Menfes abfunt: vel, primam fpectare forum interius, alteram forum exterius: vel denique, hanc deduci debere ex fructibus refidentiae acqififitis. Haec tertia interpretatio magis placet, & à Congregatione Cardinalium profecta est. Vid. FAGNAN. in *cap. 11.* de quo mox agemus. *num. 15. & 24.* ea Parochos perinde ac Epifcopos fpectat.

CAPUT X.

Caput II. de Parochis non refidentibus.

Idem Pontifex INNOCENTIUS III. confultus circa Parochos non refidentes, qui latitabant, ut vitarent monitiones Canonicae perfonae factas aut in loco domicilii, jubet publicari tres monitiones five tria Citationum edicta atque affigi januis Ecclefiae, poft quas monitiones fex alios Menfes expectabuntur Curati, quo tempore elapfo, iis non regressis, Ecclefia fuis eidem privabuntur. Poterit etiam Legatus contra eos procedere per Cenfas fufpenfionis & excommunicationis, quibus effectu carentibus, Legatus iis administrationem fpiritualium auferre poterit; atque in eorum locum fubftituere viros ad bonam administrationem idoneos; verum abftinebit ab eorum degradatione, ut fi revertantur, facilius eis praeterita ignofci atque condonari poffint. Multas procedendi vias proponit Pontifex, quarum aliae rigorem, aliae mifericordiam exhibent. Monitiones in utriusque neceffariae funt. Si cognofcatur locus ubi verfatur abfens Parochus, monitiones in eo loco fiunt; unica peremptoria fufficit, eamque publicare non est neceffarium; tres femper requiruntur, eaque publicari debent, cum ignoratur refidentiae locus.

Concilium introduxit novam procedendi methodum ad verfus Parochos non refidentes, perinde ac contra Epifcopos non refidentes: fubfractionem fcilicet fructuum per partes, ita, ut ipsis fuperfit undè alantur. Caufa, quae Epifcopos excufant Parochis quoque patrocinantur. Utrique tres Menfes ad abfentiam concessos habent, modò legitima caufa fuppetat. Parochi quadrantem annui reditus amittunt abfentiam ultra Menfes fex prorogantes; eandem poenam incurrunt, fi culpam eandem intra fex Men-

les

les sequentes committant. Licentia speciali ad absentiam indigent, sicut Episcopi: quoad utrosque ea in scriptis dari debet. Neutri fructus lucrantur, qui tempore absentiae causa legitima destituta obveniunt; eos tuta conscientia servare nequeunt, sed eos Fabrica pauperibusve erogare debent.

Quod ex Fagnano diximus de similitudine Parochorum cum Episcopis, quoad ea, quae ad residentiam pertinent, fundatur in *Cap. 1. Sess. XXXIII.* quod iis praescriptis, quae observanda sunt erga Episcopos, sic loquitur, eadem omnino etiam quoad culpam & amissionem fructuum, & penas, de Curatis inferioribus & aliis quibuscumque, qui Beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens, obtinet. Nec refert, quod in his verbis Concilium non loquatur nominatim de causis, nec de applicatione fructuum amissionum ad Fabricam, aut pauperes, nec de intervallo temporis, quoad privationem, observandi, nec de inutilitate remissionis non obstante omni compositione: causa enim continentur in eo, quod dicitur, quoad culpam; caetera in eo, quod dicit, quoad amissionem fructuum & penas. His similitudinibus inter Curatos & Episcopos circa residentiam adijci potest, obligationis causas eadem esse ferè, provenientes quippe è Jure Divino, quod illis multa faciendae praecipit erga gregem suum, quibus fungi nequeunt non residendo.

Quod dicit Autor *num. 29. 30.* usque ad *34.* legi meretur. Ibi observat mutationes à Concilio factas in Jure Veteri circa residentiam Curatorum. Praecipua sunt 1. Quod juxta Jus Vetus, Curati non residentes fructus ipso facto non amittebant; aut ipso jure; sed Episcopus eos illis privare poterat. 2. Curatus absens habitans in loco cognito, personaliter citari debebat, atque unica citatio modo peremptoria esset, sufficere poterat: si verò domicilii locus ignoraretur, tres requirebantur, & fieri debebant in Edicto publico. Hodie neuter plusquam semel citatur. 3. Absens, qui latitabat, sex Menses expectabatur post tres monitiones: hodie Episcopus procedere potest ad privationem Beneficii, post lapsum temporis in citatione definiti. 4. Publicatio citationis olim à viatore, seu Apparitore fieri debebat; hodie sufficit eam affigi.

Quod docet hoc *Caput* circa non residentiam Curatorum Fagnano occasionem praebet loquendi de non residentia Dignitariorum, Canonicorum, aliorumque Beneficiatorum Ecclesiarum Cathedralium, aut Collegiatarum, & observandi discrimen, quod Concilium inter utramque culpam constituit *Cap. 12. Sess. XXIV.* scilicet 1. Quod si hi Beneficiati tres ultra Menses abfuerint, privari debent prima vice, semisse fructuum ejus anni, pro rata temporis, quo ultra tres Menses abfuerint; 2. Si culpam eandem admittant alio anno, pro secunda vice, fructibus omnibus privabuntur. 3. Pariter delinquentes anno tertio, Beneficio suo privabuntur. Aferit, Congregationem Cardinalium sic muloties interpretatam fuisse Decretum illud, vid. *num. 14. & num. 35 ibid.* ubi praeterea observat, quod, si locus, ubi Beneficiati absentes commorantur, ignotus sit, tres citationes *Cap. 11.* praescriptae fieri debent, ibique sex intra Menses expectandi, quibus elapsis, poterit Episcopus ad privationem procedere. Laudat, ut id probet, haec Concilii verba, contra eos juxta Sacrorum Canonum Constitutiones procedatur.

Quoad alios Beneficiatos ad residentiam fundatione aut consuetudine obligatos, forma hoc *Cap. 11.* praescripta accuratè custodiri debet, quoniam Concilium erga eos nihil immutavit. Cum Concilium Tridentinum nihil circa modum procedendi contra Episcopos absentes, quorum Domicilium ignoratur, statuerit; videtur *Caput* hoc *11.* quoad ipsos, hac in circumstantia observari debere.

Tom. I.

CAPUT XI.

Caput 3. de Sepulturis.

UNA ex obligationibus Parochorum, ob quas tenentur residere, est obligatio Sacrificii pro grege suo offerendi: idèo FAGNANUS animadvertens hanc obligationem in *Capite 1. Sess. XXIII.* commemorari, velut rationem praeccepti residentiae, indè occasionem arripit discutiendi *num. 292. - 95.* utrum Parochus possit accipere honorarium pro Missa Parochiali, quam celebrare tenetur, ut Parochiani ejus praecceptum audiendi Sacri impleant? Decidit autem, non posse; quoniam applicatio Sacrificii istius debetur Fidelibus, qui Parocho suo alimenta exhibent, ut sibi res spirituales, quarum indigent, administrentur; porro, Missa Sacrificium ex earum numero est; sed priusquam hoc proponat, ad praeludendum ei decisioni suae, hoc in Sacrificio triplex pretii, vel fructus genus distinguit. 1. Unum generalissimum, qui communis est omnibus, pro quibus omnis Sacerdos offerre debet, scilicet, Ecclesiae, Pontifici, Episcopo, Regi, Circumstantibus. 2. Alterum specialissimum, qui est pro omni Sacerdote, qui offert. Porro, hi duo fructus non sunt in dispositione Sacrificantis: sed eos Deus aut Ecclesia praefatis affectant. 3. Fructum medium, de quo Sacerdos disponere potest. Hic autem fructus is est, pro quo licitum est Sacerdoti accipere honorarium; ipse autem affectatur personae, quae illud solvit. Hanc ob causam Congregatio declaravit, neminem honorarium duplex accipere posse pro eadem Missa; quam decisionem ALEXANDER III. approbavit. Eandem ob causam Congregatio definivit, Sacerdotem non posse dividere fructum hunc medium inter duas personas, accipiendo duplex honorarium, unum ab una, ad effectum satisfactorium, aliud ab altera, ad effectum impetratorium.

CAPUT XII.

Caput 9. de consecrandis Ecclesiis.

CAPUT hoc committi vetat Sacerdotibus reconciliationem Ecclesiarum pollutarum, & declarat, ejusmodi commissiones esse corruptelas, nullamque consuetudinem posse illas excusare, multò minus justas facere. FAGNANUS aliquam similitudinem reperiens inter illas commissiones & eam, quam Episcopus daret Abbatibus, Sacerdotibus, & Benedictis, ad conferendam Tonfuram suis Diaecesanis, quos ad eos mitteret cum Dimissoriis ad eos specialiter directis (utrobique enim de facultate Episcopali agitur Sacerdotibus commissis) circa quaestionem hanc docet, ejusmodi commissionem validam fore; item validam fore Ordinationem ex hujus commissionis vi factam; contenditque, *Cap. 10. Sess. XXIII.* non adversari huic decisioni; quoniam restringi debet ad Casum, quo Episcopus non consensit, quippe quod factum sit ad restituendam Episcopi auctoritatem; additque utrumque à Congregatione decisum fuisse. Objici posset, Concilium, dum auctoritatem Episcopalem restitueret, honorem Corporis Episcopalis intendisse: Membrum autem Corporis commode vel dignitati derogare non posse, *Cap. 12. de for. compet.* Responderetur, principium hujus Textus satis firmum & constans non esse, ad destruendas laudatas Declarationes. Plures aliae suppeterent objectiones; verum Casus propositus ita rarus est, ut prolixiori tractatione dignus non sit, cum paucissimi sint Episcopi, qui Diaecanos suos mittere velint ad Abbatem non Episcopum, ut ab eo Tonfuram, Minoresve Ordines accipiant.

Ex hac quaestione FAGNANUS ad aliam transit, quae ad hanc aliquantulum accedit, aut saltem ad hujus *Capitis* argumentum; scilicet, utrum Episcopus com-

R

mittere